

A

Hainr(icus) rex Theothunie
 universis omnibus regni sui
 salutem et gratie sue plenitu-
 dinem. Innotescat universitati
 vestre presencium litterarum
 insinuacione, quod rex Fran-
 cie terminis suis non conten-
 tus, sed aliorum avidus, regni
 nostri fines invadere proponit
 et tranquillitatem nostram,
 cuius hactenus remedio gavis
 fuimus, nititur perturbare.
 Quod ergo, quod omnes tan-
 git, ab omnibus tractandum
 est unanimiter, vobis manda-
 mus et sub optentu nostre
 gratie precipimus, quatenus
 singuli cum armis vestris et
 sociorum, quos habere poter-
 itis, aminiculo vel auxilio ad
 talem locum in ocursum veni-
 atis auxiliare contra maligno-
 rum insultaciones nobis pre-
 stituri remedium sic, ut tan-
 dem vestra per predicti regis
 repulsionem evidencius appa-
 reat innocencia, quod trium-
 phum et optatam victoriam
 contra malignorum ignomi-
 niosam iniuriam debeamus
 adiuvante domino reportare.

B

[...] sui salutem et gratie
 sue plenitudinem. Innotes-
 cat * presencium littera-
 rum insinuacione, quod rex
 Francie suis terris non
 est contentus, sed aliorum
 avidus, regni nostri fines
 invadere proponit et
 tranquillitatem nostram,
 quam actenus remedio
 pacis gavis fuimus, nititur
 perturbare. Quoniam
 ergo, quod omnes tangit,
 ab omnibus tractandum est
 unanimiter, vobis manda-
 mus et sub obtentu gratie
 nostre precipimus, quod
 singuli vestrum cum armis
 * et sociorum, quos habere
 poteritis, aminiculo nobis
 ad talem locum in occur-
 sum veniatis auxiliarem
 contra mal*orum insulta-
 tionem nobis prestituri
 remedium, ut tandem sic
 vestra per predicti regis
 repulsionem evidenter
 appareat innocencia, et
 quod triumphum reportan-
 do et optatam victoriam
 contra mal*orum igno-
 miniosam iniuriam * adiu-
 vante domino gaudea-
 mus.

c

Chunradus rex Teuto-
 nie universis * regni sui
 baronibus salutem et
 gratie sue plenitudinem.
 Innotescat universitati
 vestre litterarum presenci-
 um insinuacione, quod
 langravius talis terminis
 suis non contentus, sed
 aliorum avidus, regni nostri
 fines invadere proponit et
 tranquillitatem nostram,
 cuius * remedio gavis fui-
 mus, nititur perturbare.
 Quoniam ergo, quod
 omnes tangit, ab omnibus
 tractandum est unanimiter,
 vobis mandamus et sub op-
 temptu gratie nostre pre-
 cipimus, quatenus singuli
 vestrum cum armis * et
 sociorum, quos habere
 potestis, amminiculo vel
 adiutorio contra hosti-
 um nostrorum insulta-
 tionem ad talem locum *
 veniatis auxilium nobis
 prestituri *, ut sic tandem
 * per predicti lantgravii
 repulsionem * vestri
 [sic!] appareat innocencia,
 * et triumphum et optatam
 victoriam contra malig-
 norum ignominiosam *
 debeamus adiuvante domi-
 no reportare.